Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Auctoritates utriusque Testamenti

Nicolaus <de Hanapis>

[Straßburg], um 1475-80

De luxuria

urn:nbn:de:bsz:31-313490

Visual Library

Dixit dauid ad ſaul qui eū iniuſte perſequebat̄ dn̄s retribuet vniquiqȝ ſcḋm iuſticiā ſuā. j. Regum. xxvj.
Conſtituit dauid et quaſi pro lege habitum eſt ꝙ equa erit pars deſcē dentis ad p̄lium et ad ſarcinas rema nentis. j. Regum. xxx.
Precepto aſſueri ſuſpenſus ē amon in eodem patibulo quod mardocheo parauerat et hoſtes iudeorū eodē die a iudeis occiſi ſūt Heſter. vj. et. vij.
Jubente dario rege qui danielem accuſauerūt in lacum leonū in quo ip̄e fuerat miſſi ſūt Daniel. xiiij.
Fecit populus duobꝫ preſbiteris ſi cut ipſi contra ſuſannam feciſſe vo lebant Danielis. xij.
Anthiochꝰ ſicut ip̄e alios male per cuſſit ita ip̄e peſſime percuſſus inte rijt. ij. Machabeorū. ix.
Nota hic de ſeruo nequā quomo do punitus eſt quia noluit miſereri conſeruo ſuo Mathei. xviij.

¶ De luxuria.

Luxuria cauſa fuit diluuij pre cipua Geneſis. vj.
Nota quanta mala euene rūt ꝑ ardenti amore ſichen filij emor qui dinam filiā iacob violenter op preſſit Geneſis. xxxiiij.
Luxurioſi luxuriam quoqȝ in alijs de teſtant̄ vt patet de iuda qui dixit de thamar ꝓducite eam vt cōburatur et tamē ip̄emet licet neſciens impre gnauerat eam Gen̄. xxxviij.
Judicum. xx. legit̄ ꝙ viginti quinqȝ milia hoim̄ ꝓpter luxuriā mortui ſūt
Dauid cum berſabee adulteriū cō miſit et poſtea vriam virum eiꝰ oc cidit. ij. Regum. xj.
Amon filius dauid thamar ſororē ſuam oppreſſit ꝓpter qḋ poſtea occi ſus fuerat. ij. Regum. xiij.
Nota de ſodomitis de filiabꝫ loth.
Deteſtabilem̄ luxuriam cōmiſit ab ſolon cū cōcubina patris ſui et cito poſt occiſus eſt. ij. Regum. xvj.
Adamauit ſalomon mulieres alie nas et deprauatū ē cor eiꝰ per eas et adorauit deos alienos. iij. Regū. xj.
Dixit angelus thobie iuniori in eos qui cōiugium ita ſuſcipiūt vt deum a ſe excludant qui ſue libidini va cant demon habet poteſtatem ſuper eos Thobie. vj.
Quid ergo adulteris et fornicatori bus qui nil aliud intendunt niſi vt ſuam fedam expleant libidinem.
Cor holofernis cōcuſſum eſt pulchri tudine iudith et ardebat in cōcupi ſcenciam eius Judith. xij.
Duo ſenes arſerunt in cōcupiſcen ciam ſuſanne et poſteā male interie runt Danielis. xiij.
Tempore anthiochi templum luxu ria et cōmeſſacionibꝫ erat plenum et ſcortanciū cum meretricibꝫ. ij. Ma chabeorum. vj.
Herodes occaſione herodiadis quā contra legē duxit iohannē baptiſtā decollauit Mathei. xiiij. et. marci. vj.
Inter illos qui ad cenam magnam vocati ſūt excuſauit ſe ille q̄ vxorem duxit et ideo noluit venire Luce. xiiij.
Ex quo patet ꝙ ad cenā etiā venire nō poſſunt q̄ nimis libidini vacāt.
Jſtud exemplū de filio ꝓdigo mul tum debet cōmouere homines ad ca uendū contra luxuriā qꝛ ꝓpter hoc multa mala incurrunt vt patet ſu pra Luce. xv.

¶ De maledictione dei.